



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Prvdentia Et Cæteris In Confessario requisitis ad ritè
fructuoséque Diuini ministerij sui munera obeunda,
Tractatvs**

Regnault, Valère

Lvgdvni, 1611

Cap. XXI. De iudiciali prudentia Confessarij in absoluendo pœnitente, ac de modo absoluendi, & difficultatibus quæ in executione talis muneris occurrentes anxietatem pariunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41341

CAPVT XXI.

*De iudiciali prudentia Confessarij in absoluendo
pœnitente, ac de modo absoluendi & dif-
ficultatibus, qua in executione tabis
muneris occurrentes anxie-
tatem pariunt.*

S V M M A R I V M.

1. Prudentia Confessarij est Pœnitentem circumspicere, monere, consolari, obiurgare, interrogare.
2. Item non facile negare ei absolutionem: nec eam dare valenti à peccato mortali abstinere, aut recusanti restituere.
3. Item cognoscere dispositionem pœnitentis; & quantum ad præteritum, nisi suis obligationibus satisfecerit; & quantum ad presens, si sufficientem dolorem habeat; & quantum ad futurum, si sufficienter emendationem proponat.
4. Item non absoluere à reservatis, nisi habita ad id facultate, nec ante à peccatis absoluere quam ab excommunicatione, & quam imposuerit pœnitenti.
5. Forma seu modus absoluendi à peccatis.
6. Cum qua intentione proferri debeant verba absolutionis.
7. Nec licet, nec valet absolutio à peccatis data sub conditione de futuro.
8. Quando liceat data sub conditione de præterito.
9. Quando data sub conditione de presenti valeat, etiamsi illicita sit.
10. Duo casus, in quibus sic data potest licita esse.
11. Bis super eadem confessione absolutio dari non potest, super ipsam peccatis autem, iterata Confessione, potest.
12. Absolutio per aliquod tempus differri potest post factam Confessionem, & impositam satisfactionem.
13. Manuum pœnitenti

pœnitenti imponere necessarium non est: non modò de necessitate Sacramenti, sed nec de necessitate præcepti.

14. Quid sit agendum cum pœnitente, qui cognoscitur occasionem habere mortaliter peccandi de cætero.

15. Quid item sit agendum cum pœnitente qui interrogatus, negat in Confessione peccatum, quod Confessarius probe nouit, ab ipso commissum.

16. Explicatio difficultatis. An ut eger absolui possit sacramentaliter, sufficiat in genere tantùm dedisse contritionis signum; ut percutiendo pectus, vel extollendo in cælum oculos aut manus.

17. Pœnitens, quando absolui possit eo nomine, quòd ante aduentum sacerdotis signa contritionis dederit.

18. Documenta notanda à Confessario, qui egro administrat pœnitentia Sacramentum.

19. Quid agendum sit Confessario, cum aliquem absoluerit, quem non potuit, propter aliquod impedimentum: explicatur distinctione.

20. Quid cum error tantùm leuis commissus est.

21. Quid cum à se diuisit sine absolutione eum, quem absolueri debuit.

22. Quando ad supplendum istiusmodi defectum sit, vel non sit opus iteratione confessionis.

Prima pars capituli, de ijs quæ spectant ad prudentiam Confessarij in absoluendo.



Æc. Nauarrus persequitur in Enchir. 1.

cap. 26. a Primum est, ut peracta confessione doceat pœnitentem, si quæ sint in quibus ipsum animaduertit errare quoad ea quæ scire tenetur. Secundum est, ut pro pœnitentium varietate alium increpet, alium consoletur, ad odium peccati, & virtutis amorem ex-

a vndecim primis numeris.

citet, adhibitis salutaribus monitis, & conuenientibus remedijs, iuxta ea quæ antea dicta sunt de ipsius, tamquam patris, & medici spiritualis muneribus. Tertium est, vt præmissis, pro munere Iudicis, interrogationibus opportunis, faciat concludere confessionem, dicendo se de omnibus confessis, & quibuscumque alijs, quorum non meminit à se commissis, dolere ex animo, & petere à Deo veniam cum firmo proposito, quòd (ipso bene iuuante) nec ea, nec alia, saltem mortalia, de cætero committet. Ad quod non est voto, vel alia promissione, aut iuramento obligandus, nisi ius id fieri postulet in absoluendo excommunicato, notorio, itémque in incendiario, & in mutilatore, in manifesto raptore, aut Ecclesiæ violatore, ac in usurario publico, & in inferente publicè iniuriam personis Ecclesiasticis: prout Nauarrus citatis canonibus notat in Enchirid. *b* Quartum est, vt non facile neget Pœnitenti absolutionem, dicendo peccatum mortale esse quod non est: sed si dubitet, petat à Pœnitente inducias, seu spatium ad consulendos doctores. Quòd si ille nolit diutiùs sibi absolutionem differri, exigendum est ab eo propositum faciendi id quod constiterit ipsum de iure debere facere. Tale enim propositum sufficit, vt absoluat prout ex Angelo & Syluestro habet Nauarrus. Quintum est, vt nullatenus absoluat nolentem abstinere ab eo, quod certum est peccatum esse mortale. Christi enim minister existens in hoc sacro iudicio, grauius contra religionem, & iustitiam peccaret absoluendo eum, quem Christus nõ absoluit peruertendóque dictum ipsius, Matth. 18. *Quicumque solueritis super terram, erunt soluta & in ca-*

Quomodo
concludenda
sit confessio.

b cap. 26.
num. 2.

e in cit.
cap. 26.
num. 3.

lis: q
solui
lutio
res d
sequi
euid
qui a
facia
nius
vt cu
tequ
si fat
sub
præse
se co
prop
que
cum
debe
coge
inter
firmu
impl
tim
dum
milib
spicie
hens
solue
tra p
pleca
noue
ficax

lis: quandoquidem solueret in terris eum, qui non soluitur in cœlis. Sextum est, vt non neget absolutionem Pœnitenti, quando is in re inter auctores dubia, non vult eandem, quam ipse sententiam sequi: nisi ipse crederet se niti textu, aut ratione euidenti. Septimum est, dare operam, vt Pœnitens qui ad restitutionem tenetur, obligationi suæ satisfaciat: de quo & tribus præcedentibus antea plenius dictum est in cap. 3. sect. prima. Octauum est, vt curet cognoscere dispositionem Pœnitentis, antequam ipsum absoluat; nempe respectu præteriti, si satisfecerit sufficienter alicui obligationi, quam sub mortali habeat exequendi aliquid; respectu præsentis verò, si doleat ex animo de offensa Dei à se commissa: & demum respectu futuri, si firmum propositum habeat non peccandi de cætero. Atque circa horum primum obseruandum ei est documentum, quod aliis citatis tradit Suarez *d*, non debere semper priusquam absoluat pœnitentem, cogere eum, exequi illud, quod facere tenetur: quia interdum ad absolutionem à peccatis sufficit, vt is firmum propositum habeat, obligationem suam implendi. Cui promittenti credendum est, præsertim si tunc primùm defecerit in executione, necdum inuentus sit infidelis, & inconstans esse in similibus propositis: neque ex aliis coniecturis, suspicio sinistra possit probabiliter formari. Deprehensus verò obligationem suam non implere, absoluendus non est, si iterum ac tertio, de illa contra promissionem in confessione factam, non impleta confiteatur; quia propositum quod ipse de nouo facit, non potest moraliter iudicari magis efficax, quam prius factum: ideoque promittentem perin

d tomo 4.
disput. 32.
sect. 2. nu. 3.

perinde ac antea versari in morali periculo relabendi. Qua in re, vt idem Suarez ex D. Antonino, Caietano & Nauarro addit, Confessarios cautos esse oportet, atque constantes, ne peccatis alienis inuoluantur. Circa secundum verò debet Confessarius obseruare, vt si audita confessione; & cum opus esse iudicauerit, cohortatione aliqua adhibita, non habeat sufficientia signa præsentis doloris in Pœnitente; interroget ipsum an de peccatis suis doleat ex animo. Cui seriò affirmanti, credere tenetur, quando nihil apparet, quod obstet. Circa tertium autem, obseruare debet, quòd ad imperiendam absolutionem, possit sufficere, si de præsentis Pœnitens cõcipiat generale propositum nãquam de cætero peccandi mortaliter: neque necessarium esse vt ipsemet Confessarius persuadeat sibi, aut probabiliter iudicet illum semper seruaturum esse tale propositum: sed sufficere, vt existimet, quòd tunc tale habeat: quantumuis fortè post breue tempus sit illud mutaturus. In quo idem Suarez e omnes conuenire ait.

e in fine
præced.
num. 2.

Nonum est, vt Pœnitentem habentem casum reseruatum non absoluat, nisi habita licentia ab eo, qui illam dare potest. Huius pleniorẽ notitiã suppeditabunt documenta tradenda in sequenti cap. De modo quo sacerdos inferior potest absoluere à peccatis reseruatõ à superiore.

Decimum est, ordinariè satisfactionem prius imponat, quàm absoluat à peccatis. Vndecimum, vt pœnitentem quem constat esse excommunicatum, prius absoluat ab excommunicatione, quàm à peccatis, seruata quoad fieri potest iuris formã; de qua absolutione in praxi fori pœnitentialis part. 2. librum

brum quintum constituimus. Forma verò illa iuris, vt notat Nauarrus citatis canonibus, f tria conti-
net: Primum, vt talis iuret se pariturum mandatis Ecclesiæ, quam contumaciter noluit audire. Secundum, satisfaciatur parti à se læsæ; si que de præsentem non potest, præstet de futuro sufficientem cautionem. Tertium vt nudatus humeris leuiter flagellatur, recitando vnum ex psalmis pœnitentialibus, additis Kyrie eleison, &c. Pater noster, &c. Saluum fac seruum tuum, &c. & oratione, *Deus cui proprium est misereri, & parcere, suscipe deprecationem nostram, & hunc famulum tuum, quem excommunicationis sententia ligatum tenet, miseratio tuæ pietatis absoluat, per Christum D.n. amen.*

f in Enchir. capit. 26. num. 7. & 8.

Aduerte verò nudationem, & verberationem illam tamquam indecentem, omitti in fœminis, ac etiam in quocumque alio secretè confitentem in publico, quemadmodum expressit Caiet. in verbo. Absolutio ab excōmunicatione. vers. Quoad secundum. Duodecimum est, vt absolutionem à peccatis præmittat ad cautelam absolutionem à censuris, maximè ab excommunicatione, etiam si non constet Pœnitentem in eas incurrisse. Postremum est vt absoluat à peccatis eo modo, de quo consequenter dicendum est.

Pars altera capituli, de modo absoluendi à peccatis.

IAm modus absoluendi à peccatis satis conueniens censetur, qui traditur in directorio Polan-
ei: g vt postquam Pœnitens ad absolutionem dis-
politus, dixerit, Mea culpa, & cætera quæ sequun-
tur

g cap. 4. art. 1.

tur in confessione generali: Confessarius dicat. *Miserere tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducas te ad vitam aeternam: & manum versus caput Pœnitentis eleuans addat: Dominus noster Iesus Christus qui est summus Pontifex te absoluat, & ego auctoritate ipsius mihi licet indigno concessa, absoluo te imprimis à vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti in quantum possum, & indiges. Deinde, absoluo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Post hæc retrahendo manum dicat. Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita B. Mariæ semper Virginis: & omnium Sanctorum, quidquid boni feceris & mali sustinueris sit tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & in præmium vitæ aeternæ, amen. Si tamen Pœnitens nullo ordine sit initiatus, omittendum est nomen suspensionis: quia non est capax censuræ per illud significatæ. Quod si constaret in particulari de censura aliqua incurta, ea esset particulariter exprimenda per causam propter quam incurta est, verbi gratia dicendo. *Absoluo te imprimis à vinculo excommunicationis quod incurristi propter clericum percussorem; si que sæpius in eundem incurrit, exprimendum, quoties contigerit. Si verò in diuersas incidere, diuersæ quoque causæ ad earum expressionem sunt exprimendæ. Si quis Pœnitens adhuc incurrit in irregularitatem, in qua possit Confessarius dispensare: ipse supra positæ verbis (in quatum possum & indiges) addere debet, & *dispensatio tecum super irregularitate quam incurristi propter hoc* (verbi gratia, propter Missæ celebrationem ante ætatem) & *habilitate ad actus legitimos.* Deinde, ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, &c.**

Hic nonnulla occurrunt noranda. Primum est, 6. intentionem ministri verba ea proferentis, debere in particulari esse exercendi actum, per quem Sacramentum pœnitentiæ administratur confitenti: ideoque si sacerdos casu, neque ex tali intentione, verba ipsa Sacramentalia proferret, neutiquam absolueret. Cæterum in communi eadem intentio debet esse faciendi, quod Ecclesia facit per suos ministros: iuxta Concilium Florētinum in instructione Armenorum sub initium; nō quod necessarium sit, vt intra se actū dicat, intendo facere id quod facit Ecclesia (prout monet Sotus in quartum) *h* sed quod intendat tamquam Ecclesię minister, incumbere talis Sacramenti administrationi, & id quod sui muneris est exequi.

h dist. 1. q. 5. art. 8. in fine.

Secundum est, numquam esse absolutionem à 7. peccatis impendendam sub conditione de futuro: vt si Confessarius diceret: *Si restitueris, aut si feceris talem pœnitentiam, vel aliud huiusmodi. Ego te absoluo.* Talis enim absolutio esset nulla, vt rectè probat Caietan. in summula, verbo, absolutio à peccatis *i*, & post eum præter cæteros Nauarrus in Enchir. *k* Quia non est in potestate sacerdotis ministrantis Sacramentum, nunc temporis illud conferre, & effectum illius suspendere in aliud tempus implendæ conditionis appositæ. Vnde (vt addit Caietanus) sacrilegus est formæ Sacramenti abusus, quo istud sic pericitur vt fructus eius per indebitam ministrantis intentionem excludatur. Idemque iudicium est (vt adhuc Caietanus addit) si Sacramentalis absolutio sub ratihabitione superioris impendatur; quoniam illud quod fit sub spe ratihabitionis, quantumvis tunc voce fiat, re tamen ipsa fit tam

7. Absolutio non est cōferēda cum conditione de futuro. *i* versu circa appositionem cōditionalē. *k* cap. 26. num. 12.

ramquam pendens : adeo vt irritari, nullumque esse possit.

8. Sub conditione verò de præterito, quâdo Confessarius dubitat, an protulerit verba absolutionis, potest licitè absoluere dicendo. *Si non es absolutus, ego te absoluo, &c.* Sicut cum de aliquo dubitat an sit baptizatus, potest illum sub conditione baptizare : *Si non es baptizatus, ego te baptizo, &c.* iuxta cap. 2. de baptismo.

Sub conditione de præterito, absolutio valet.

9. Sub conditione denique de præsentis, vt dicendo. *Si verè statuisti restituere, vel præsentare te superiori: Absoluo te, &c.* absolutio data tenet stante conditionali veritate, id est, si res verè se habeat, vt supponitur: Peccat tamen sacerdos sic absoluens, quia sine iusta causâ (si quidem in foro pœnitentiâ Ecclesia, Pœnitenti aliquid de se dicenti, credit absolute, & sine conditione) præsumit dare sub forma dubia, quod Christus mandauit sub certa forma ministrare: adeo vt (addit Caietanus) si à superiore facultas absoluendi à reseruatis commissâ sit sub aliqua conditione peragendi certam pœnitentiam peregrinationis, vel eleemosynæ; vel alterius boni operis, ipse non debeat conditionaliter, sed simpliciter, & absolute absoluere pœnitentem, acceptantem talem pœnitentiam, aut saltem habentem animum implendi quamcumque ei iniungendam.

10. lib. 1. de-
cis. aur. cap.
32. num. 2.

Dico tamè, sunt casus quos Iacobus à Graphis (citato Bartholomæo à Medina) commemorat, in quibus dari potest absolutio sub conditione de præsentis. Prior est, quando puer confitetur, & Confessarius dubitat, an is habeat vsu rationis; vel quando phreneticus, an in actu confessionis sit sanæ mentis. Posterior casus est quando is, qui con-

fitetur

fitur, iustus esse creditur, & ita virtutibus ornatus apparet (vt sacerdos ne queat interno scere, an ea de quibus ille confitetur sint peccata nec ne, etiam venialia. In illo enim casu, inquit memorati auctores, Confessarius potest absoluere dicendo. *Ego te absoluo à peccatis tuis si habes usum rationis.* In hoc verò dicendo. *Ego te absoluo, si qua confiteris sint peccata.* Cuius doctrinæ ratio reddi potest, quòd absolutio sub conditione de præsentis sufficere possit ad Sacramentum: & quando res est dubia, tantum abest, vt ea de se mala sit, quin potius sit remedium præsentissimum ad vitandam molestiam, qua animus anxius vexatur, dum non suppetit ratio vincendi dubietatem; vt ferè contingit in propositis casibus. Quamquam in eorum posteriore (quod etiam monet Iacobus à Graphiis) melius est aliqua dexteritate elicere ex ore Pœnitentis aliquod ipsius peccatum iam aliàs in confessione detectum, vt usurpari possit vsitata absoluendi forma. Aut certè cum nullum dubium est de mortali, abstinere à Sacramentali absolutione: prout prudentia, interiorque Spiritus sancti instinctus ad maiorem Dei gloriam esse dictabit. Nam etsi cauendum est, abso-

m in præced. nu. 3. 11. Absolutio in eadē confessione iteranda non est, sed super eadem peccata potest. n loco cit. vers. circa iterationē.

lutionem Pœnitenti facile negare, prout habet Na-uarrus in Enchir. *m* ei tamen non fit iniuria: cum ideo quòd notetur aliquid deesse ad absolutionem requisitum (vt deest materia absolutionis in proposito casu) non absoluitur. Tertium est, numquam esse impendendam bis absolutionem super eadem confessione: posse autem impendi super iisdem peccatis, si eorum confessio iteretur. Cuius veritatis priorem partem Caietanus probat: quia ipsa iteratione (cum hæc

EE

arguat insufficientiam prioris formæ) fit iniuria Sacramento. Posteriores verò partes probat, quia confessio tenet locum materiæ proximæ in Sacramento pœnitentiæ ex Concilio Florentino, in articulo instruct. Armenorum. Vnde fit, vt homo, qui potest pluries eadem peccata confiteri, possit quoque pluries ab iisdem absolui. De qua re Medina in Cod. de confessione. o. Quamquam tamen in tali iteratione adhibendus est modus, propter reuerentiam Sacramenti: nam ea laudabilis quidem est, quando fit seruatis prudentiæ conditionibus, non tamen aliter facta: nempe ex inquieta phantasia, & scrupulosâ conscientiâ cum molestia Confessarij, & iactura temporis, prout ex eodem Caetano annotat Nauarrus ad cap. fratres, de pœnitentiâ dist. 5. p. videnda sunt quæ diximus de sexta specie scrupulorum. 9.

o quest. 25.

p num. 30. 9 in pract. cap. 11.

Quartum est, absolutionem, per plures dies differri posse, post factam confessionem, & taxatam pœnitentiâ: etiamsi Confessarius interea obliuisceretur talis pœnitentiæ, dummodo ea illi in memoriam prius reuocetur. Item posse in vna die confessionem audiri, & in altera iniungi pœnitentiâ, & absolutionem impendi: quia pœnitentiâ Sacramentum non requirit tantam continuitatem agendorum, & dicendorum, quantam alia Sacramenta. Ita habet D. Antoninus in summa confessionali 2, ex quo id etiam refert Iacobus à Graphis in lib. 1. de cil. aureatum. s.

12. Absolutio post plures dies differri potest.

s cap. 32. num. 11.

Postremum est, ad absolutionis substantiam minime pertinere, vt dum ea profertur, manus capiti Pœnitentis imponatur, imò neque de necessitate præcepti id faciendum esse Nauarrus ad principium

primi cap. de pœnitent. distinct. 6. num. 29. ex D. Thoma habet : addens aliquando malum esse id facere, vt cum Pœnitens est fœmina, molli fortè pulchritudine, & molliter ornata. Similiter nec videtur necessarium esse, vt sacerdos dum absoluit manum extollat : licèt, vbi consuetudo regionis admonet, conteniatur id facere.

*Tertia pars capituli, de difficultatibus, quæ in
absoluendo occurrentes, anxietatem pariunt.*

Prima est, quid agendum sit, cum Pœnitens ha-^{14.}bet proximas occasiones peccandi mortaliter, Quis agendum cum Pœnitente, habente occasiones peccandi, quas non potest sine scandalo & infamia, vel graui incommodo humano relinquere; si que non relinquat, manet in morali periculo proximo peccandi mortaliter. De qua nihil certi potest prescribi; ita vt totum negotium prudentiæ Confessorij relinquatur; qui sic habeat rationem commo-^{14.}rum proximi, vt maiorem habeat gloriæ Dei: cui sine controuersia, priores partes semper sunt deferendæ. Is igitur videre debet, an talis occasio peccati sit proxima, & voluntaria: vtrumque enim ad id requiritur, vt reddat absolutione indignum; tamquam eum qui amans periculum, peribit in illo. Indicabit autem causam proximam esse, quando talis fuerit ex suo genere, quæ frequenter homines similis conditionis inducat ad eiusmodi peccatum: vel quando experimento constiterit, in eo homine talem effectum habere. Iudicabit verò non esse voluntariam quando moraliter

vitari non potest, appareretque eam tali homini potius inferri, quam ab ipso assumi: ita ut necessitas quaedam, vel impotentia esse censeatur potius, quam aliquid morale. Videre etiam debet, an sit aliquod remedium quod susceptum à Pœnitente, credatur posse ipsum, cum Dei gratia, præservare à lapsu in peccatum. Ille enim tale remedium admittens, cum proposito firmo non consentiendi peccato, posset absolui. Neque si iterum, iterumque recidat, obstabit, quominus iterum, confitens, possit absolui; dummodò aliqua emendatio diminutione in numero peccatorum facta esse notetur. Interdum quoque absolutio differri potest. Omnino autem ea neganda est, quando nullus apparet profectus. Ita docet Suarez. *b*

15. Secunda difficultas est, quid agendum sit Confessario, cum videt Pœnitentem tacere aliquod peccatum, quod certò sit commissum esse ab ipso: qui nihilominus de eo interrogatus, illud negat in confessione. Hæc autem ad usum accommodatè satisfieri potest per hæc documenta, quæ Suarez tangit. *i* Primum est, cum in hoc foro credendum sit Pœnitenti, tam pro se, quam contra se loquenti (nec enim alius in eo testis admittitur) regulariter standum esse illius confessioni; ideòque si alterius tantùm relatione Confessarius sciat peccatum Pœnitentis; magis in dubio debet huic credere, quam illi. Secundum est, quamvis Confessarius certus sit commissum esse à Pœnitente peccatum, ut quia suis oculis vidit; si possit probabiliter existimare, quòd ille iam sit de eo confessus, potest dissimulare, credendo propterea tacere, quòd iam còscientiæ suæ satisfecerit. Tertium est, si in proposito casu sit

b tomo 4.
disput. 32.
sect. 2.

i in fine sequentis sectionis.

Confessarius quomodo se geret cù Pœnitente qui non fatetur se peccatum commississe, quod ipse nouit.

pla
no
bu
ob
in
qu
tal
tar
cor
Iud
ho
qu
se
for
cur
rec
tio
sec
oro
den
du
exp
vel
tes
cat
mo
qu
seq
nu
fol
de

planè euidens pœnitentem mentiri ipsum, tâquam nolentem integrè confiteri de omnibus mortalibus (ideòque ponentem sacramentali absolutioni obicem, utpote ad validitatem requirenti eiusmodi integritatem) nullo modo absoluendum esse, quidquid ipse dicat: quia committeretur alioqui mortale peccatum sacrilegij contra reuerentiam debitam Sacramento instituto à Christo. Nec obstat communis regula, quòd in omni iudicio debeat Iudex secundùm allegata, & probata iudicare. In hoc autem foro non sit alia allegatio, & probatio, quàm dicti Pœnitentis, cui siue pro se, siue contra se dicenti creditur. Non obstat, inquam, quia in foro quidem externo iudicium tamquam publicum (utpote spectans ad commune reipub. bonum) requirit scientiam publicam, tamquam ei proportionatam: sed in foro pœnitentialem iudicium quod secretum est, & ad priuatum Pœnitentis bonum ordinatum, priuata scientia Confessarij ad eundem Pœnitentem redarguendum & conuincendum seruire potest.

Tertia difficultas. An æger qui in genere tantum exprimit signa contritionis; percutiendo pectus, vel eleuando oculos, aut manus in cœlum, nec potest verbo, vel alio signo, vllum in particulari peccatum manifestare, absolui sacramentaliter possit.

k cap. de absolutione nu. 70. & 71. Absolui potest qui signa contritionis dederit, etsi nihil sit confessus.

De hac in vtramque partem auctores commemorat Alphonsus à Viualdo in Candel. aureo k. Et quamuis magni nominis auctores partem negatam sequantur, inter quos est Nauarrus in Enchir. ca. 26. num. 28. pars tamen affirmans (nimirum posse absolui eum qui prædicto modo signa contritionis dederit) probabilis est, & tota in praxi. Nam præter-

quàm quòd fauet animabus, & Dei immensam in peccatores misericordiam commendat, approbatur calculis multorum celebrium Theologiae professorum modernorū, quos idem à Vivaldo commemorat, eis addens aliquot antiquiores: quibus (alios adhuc citans) Suarez assentitur, vt & Henriquez *m*, neque eiusmodi sententiæ reprobandæ datur ratio conuincens: etenim cùm obiicitur non nisi confessio de peccatis dādā esse absolutionem sacramentalem; responderi potest, in casu proposito, Pœnitentem confessum esse nutu, quod sufficit, quando confessio fieri nequit verbis. Et dum vrgetur eam confessionem esse generalem, per quam cōscientia peccatoris à quo fit, non innotescit plus quàm sine illa, quia tantum ostendit generaliter ipsum esse peccatorem: Sacramentalem verò confessionem, diuina institutione debere fieri de peccatis singulatim in specie, & numero. Voluit enim Christus Sacramentum Pœnitentiæ iudiciale esse: iudicis verò sententia apta esse non potest, nisi Iudex ipse peccata in specie & numero cognoscat. Dum, inquam, hoc vrgetur: responderi potest, ex Christi quoque institutione confessionem Sacramentalem esse debere integram; & tamen necessitatem facere, vt confessio mutilata, sufficiens sit ad obtinendam Sacramentalem absolutionem. Quocirca necessitatem similiter facere posse, vt ad eandem obtinendam, sufficiat confessionem fieri in genere de propriis peccatis, quando ad speciem & numerum descendendi non potest. Confirmatur, quia si quis recordetur se peccasse mortaliter, & oblitus est, cuius speciei fuerit illud peccatum, potest (imò & debet) confiteri se peccatum mortale admisisse; cuius

1 tom. 4.
disput. 23.
sect. 1.
m in sua
summa, lib.
4. cap. 9. in
fine & li. 6.
cap. 10. §. 7.

nequit in particulari meminisse. Idem iudicium est, si nec recordetur, mortaléne fuerit, an veniale. Quã doctrinam ex D. Thoma, & aliis adfert à Vivaldo ^{n sub finem} & ex maiore Nauarrus in Enchirid. ^{cit. num. 71.} Neque illud, ^{o ca. 10. nu. 7.} quòd Iudicis sententia apta esse non possit, nisi in particulari cognoscantur peccata, multùm vrget; quia in casu proposito faterentur aduersarij confidentem, si vel vnicum veniale expressisset in particulari, absolui posse: quo tamen posito, nemo dixerit cognosci tunc à Confessario peccata Pœnitentis in specie, & numero, sufficienter ad ferendũ aptam iudicium; quale aduersarij volunt fieri tantùm delictis à Iudice sigillatim cognitis. Itaque tale quid necessarium quidem est omnino, in iudicio instituto ad punitionẽ delinquentis, quæ delicto correspondere debet: non tamen in instituto ad delinquentis curationem, & emendationem: quale est iudicium pœnitentiale, vt rectè expositum est à Caietano. ^{p in tom. 1.}

Porro quod D. Antoninus ^{q vult} propositã doctrinam procedere etiam cùm Pœnitens nondum ^{opusc. tract.} præsente sacerdote dicta contritionis signa dederit, si interueniat sufficiens testimonium eorum, qui ^{5. q. 3.} præsentes fuerunt, cùm illa daret, rationi consentaneum est; quia ibi cernitur confessio facta per interpretem, qua Pœnitentis mens per alium declaratur, perinde ac dum verba illius ignota explicantur in consueta confessione per interpretem, nec est, quod obiciatur ibi posse esse deceptionem falsò attestantium: quia híc quoque potest esse deceptio falsò interpretantium. ^{17.}

Negandum tamen non est, quin eares prudentiam requirat Confessarij, ne quibusuis, ac quouis modo attestantibus credat, néve vbi alia remedia ^{q 3. par. tit.}

suppeterent, istiusmodi vsurpet; itémque non urgente aternæ damnationis vitandæ necessitate, vt quando ager probabiliter crederetur contritus, et que sine irreuerentiæ periculo porrigi posset sacrosancta Eucharistia, vel saltem extrema vnctio.

Quomodo
absolui po-
test ager ad
sacrilegium
cauendum
sub condi-
tione.

Adde ad sacrilegium cauendum, in dubio absolutionem sub conditione de præsentis, sic dandam esse: si tu es capax absolutionis, ego te absoluo, &c. Quod mihi placuit notatum inuenisse apud Melchiorum Zambranum in suis decisionibus aureis, cap. 4. dubio 2. in quo de tota hac re fusè agit: cum in cæteris compendiosus sit.

18. Pro praxi verò sufficiet sequentia documéta addidisse. Primum est, cum interuenit vera necessitas: nempe cum mortis probabile periculum Confessarius alioqui incurreret (vt in graui contagione) posse absolutionem dari ante consummatam integram confessionem. Ratio est, quia præceptum de integritate confessionis non obligat (vt nec aliud positium) ad simpliciter, aut etiam moraliter impossibile.

Secundum est, quoad fieri potest dandam esse materiam certam; seu in confessione exprimendum esse, si possit fieri, peccatum in sua specie; etiam si quis nullius mortalis esset sibi conscius. Ratio est, quia religio Sacramenti id postulat.

Tertium est, habentem peccatum mortale debere potius de illo cõfiteri breui eo tempore, quam de quocumque veniali: ratio est, quia peccatũ mortale de necessitate præcepti confitendum est, non autem veniale.

Quartum est, si Pœnitens absoluatur propter probabilem timorem mortis ante perfectam confessionem

fessionem, nec statim sequatur mors, confessionē ipsam continuari debere, donec integrè fiat, si tempus ad id concedatur. Ratio est, quia ipsum integrè confiteri necessarium est per se, necessitate præcepti; & ideo implendum quantum fieri potest, dum durat periculum mortis, propter quod viget eiusdē præcepti obligatio: finita verò tali cōfessionis continuatione, danda est iterum absolutio: eo quòd nouum Sacramentum in ea perficitur distinctum numero à priùs collato.

Si pœnitens absoluitur ob mortis periculum, quando cōfessio sit re-petenda.

Quarta difficultas quid agere debeat Confessarius, cum aliquem ex ignorantia absoluit, quem non poterat ob casum reseruatam, vel aliud impedimentum. aut cui in præiudicium tertij dixerit, non esse restituendum, quod erat reuera alienum.

DE hac olim disputatum fuisse in Cōcilio Basiliensi, nec quidquam resolutum ob varietatem sententiarum, meminerunt Medina in Cod. de Confess. s. à Victor. de Sacram. 1 & Sotus in 4. v. ex Ioanne Nider qui eidem disputationi interfuit. Ea autem explicanda est distinctio: (de qua plenius Suarez x) nam si Confessarius, cui aliquid tale contigerit, probabiliter timeat scandalum in conueniendo pœnitente; vt quia is conquesturus est de reuelatione Confessionis, debet (inquit à Victoria, & ante eum D. Antoninus y) illum relinquere, & Christo sacerdoti summo cōmittere: præsertim quando multi sunt, vel à loco sacerdotis longè distanti, in quorum Confessionibus defectus conti-

19.
s. quest. 35.
in fine.
z nu. 185.
v. distia. 18.
quest. 4. att.
6. col. 4.
x tom. 4. di-
sput. 32. sect.
6.
y 3. par. tit.
17. cap. 12.
Sacerdos
qui absol-
uit, quē nō
potuit, quid
faciat.

tur: non esse curandum de illo reuocando, & conueniendo: maximè cum non facilè, imò (vt aduersus Paludanum habet à Victoria *b*) nullo modo liceat Confessario de peccato sibi confessio monere pœnitentem, ne quidem secretò, & correctionis gratia: excepto casu antedicti defectus cui Confessarius, qua ratione potest, remediũ adhibere debet, tamquam is, qui illi causam dedit, vt cõfirmat Medina *c*.

b in fine cit.
nu. 185.

c loco citato.

Quinta difficultas: quid agere debeat Confessarius, cum sine absolutione aliquem dimisit illius capacem.

DE hac notandum est congruenter antedictis: Quando constat Confessario, (cum dubitat debere sub conditione absoluere dicendo. *Si non es absolutus, ego te absoluo*, iam antea notauimus) se non absoluisse pœnitentem debitè confessum quidem, sed per inaduertentiam à se dimissum sine absolutione: tunc eundem pœnitentem si adhuc præsens sit, etiamsi aliquantulum remotus, debere reuocari: cum ea dexteritate tamen, vt admissa negligentia aliis minimè prodatur. Si verò nequeat absque scandalo reuocari, talis que pœnitens sit, qui communionem expectet, vel de quo ex personæ qualitate probabiliter constet Confessario, quòd nondum in nouum peccatũ mortale inciderit, debere absolui etiam aliquantulum remotum, nisi de præsentia ipsius, Confessarius dubitaret: quia tunc sicut & quando constaret recessisse ab eo loco (vt discessisse ex templo) expectanda esset, commodi-
tas

Quid faciet
cõfessarius
qui non ab-
soluit quẽ
potuit & de-
buit.

tas illum reuocandi, eo modo, quo in præcedenti difficultate dictum est.

Notandum est præterea, cum per nouam absolutionem supplendus est defectus in præced. Confessione commissus, si is essentialis fuerit, id est, de numero eorum, qui confessionem ipsam reddunt inualidam (vt cum facta fuit sine iusto dolore, aut sine debita integritate, aut non habenti iurisdictionem) tunc confessionem ipsam de necessitate iterandam esse. Quamquam si iteratur eidem sacerdoti qui adhuc memor est illius, sufficit dicere: se de illis de quibus antea malè confessus est, iam ex animo confiteri addito defectu commissio, atque aliis peccatis, si quæ adhuc sunt, quibus suam conscientiam grauari sentiat. Si verò defectus non sit confessioni essentialis, vt cum oritur ex eo quòd confessor nõ protulit formã absolutionis, distinguendum est quemadmodum habet Suarez tom. 4. e

e disput. 22.
sect. 6 sub fi-
nem.

nam si habens iurisdictionem sufficiẽtem, iam imposuit pœnitentiam; is ad absoluendum de nouo non indiget memoriã peccatorum, immò (vt ille contra Nauarrum addit) neque memoriã pœnitentiæ imposita; sed satis est, vt recorderur illum pœnitẽtem suum bene dispositum fuisse, ritẽque confessum; nec postea ipso testante (cui credẽdum est) quidquam graue commississe. Sin autem neque pœnitentiam imposuit, neque in particulari, neque secundum confusam aliquam, & moralem rationem recorderur grauitatis peccatorum, & status conscientie pœnitentis, oportet vt rectè suo munere fungatur, ipsum iteratam notitiam postulare: quia licet ad validè absoluendum necessaria non sit in Confessario notitia & memoria distincta peccato-
rum

rum (quandoquidem sine illa possunt interuenire omnia, quæ essentialia sunt Sacramento: materia, in quam & forma cum debita ministri potestate, & intentione) requiritur tamen ad imponendam condignam pœnitentiam cum æquitate iudicij, & ad consilium, & remedium, medicinamque accommodatam pœnitenti adhibendam. Quod notabile habet etiam Henriquez libr. 5. *f. alios citans in* *f. cap. 15. in fine.*

CAPVT XXII.

De prudentia Confessarij in prouidendo, ne minus suum exequatur non idoneus ad illud, tamquam carens conditione aliqua necessaria: puta potestate, aut usu potestatis, aut scientia, aut bonitate, aut Episcopali approbatione.

SUMMARIVM.

1. *Requisita, ut quis sit Confessarius, seu Sacramenti pœnitentia idoneus minister.*
2. *Duplex potestas; una ordinis, altera iurisdictionis; & unde accipiatur.*
3. *Vtriusque necessitas ad validitatem Sacramenti pœnitentia.*
4. *Sex modi acquirendi iurisdictionem delegatam, seu extraordinariam.*
5. *Duo modi quibus in Confessario impeditur usus iurisdictionis, quorum prior est per censuram Ecclesiasticam: & quam.*
6. *Posterior per casuum reservationem.*
7. *Casus Episcopo reservati de iure communi.*
8. *Reservati in bulla*